



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologus Parisiensis Inquirenti Duaceno Theologo

[S.l.], 1692

Quinta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39050

Judicium Theologi Parisiensis.

Judicium debuit esse quod prima pars quartæ thellis fir-
mis malignè & improbè, sicut non obscure, ad Je-
suitarum collegia alludat, quasi philosophici peccati do-
gma in iis datâ operâ enutritum diu & fortum fuerit, quod
sincera charitas non credet.

Q U I N T A.

*Hæc est damnata propositio: Peccatum Philosophi-
cum in eo qui Deum ignorat, non est offensa Dei, igitur ita licet arguere contradictoriè: Peccatum Philoso-
phicum in eo, qui Deum ignorat, est offensa Dei. Pergo ulterius. Si offenditur Deus qui ignoratur, non excusat ergo à peccato ignorantia; adeoque tot studiis & contentionibus agitata questio, Pontificis braccato manet decisa, videlicet quod nulla ignorantia, saltem in juveniura, excuset à peccato.*

Judicium Duacenorum.

Doctrina asserens nullam ignorantiam juris naturæ excusare à peccato, uti non excusat in peccato quod vocant Philosophicum est sana, nec obscure tradita à SS. Augustino, Bernardo, Thoma & plurimis antiquis ac melioris notæ Theologis.

Judicium Theologi Parisiensis.

Judicium debuit esse quod nulla ignorantia saltem primorum principiorum juris naturæ, puta quod nemini injuria faciendâ sit, parentes sint colendi & similia.

excu.

excuset à peccato : hoc enim certum est , namque nulla est talis ignorantia invincibilis ; sed non est æquè certum , imo verò maximè incertum ac dubium quod nulla ignorantia juris naturalis excuset a peccato : sic enim in materia usuræ quæ in se est peccatum contra jus naturale, rudis & ignarus homo aliunde probus in nullo casu posset excusari à peccato formali, quod est æquo rigidius : sunt enim aliqua motiva pietatis speciem præ se ferentia quæ videntur inducere posse hominem , qualem supposuimus, ad accipiendam aliquam mercedem propter mutuum, puta quod mutuata pecunia multo utilior fuerit mutuataris quam sit per acceptam mercedem mutuanti ; sic etiam in mendacio , quod similiter est contra jus naturæ , nemo posset excusari, cum tamen fieri possit ut officiosum mendacium bonâ fide perpetretur , sitque peccatum tantum materiale. Quod in multis aliis casibus contra jus naturale potest occurrere,

S E X T A.

Sed quomodo cum illa Peccati Philosophici censura conciliari potest bicornis voluntatis indifferentia, & Aristotelica libertatis definitio ; Libertas est potentia, quæ positis omnibus ad agendum prærequisitis, potest agere & non agere : cum utique non possit tam vitari quam non vitari id quod ignoratur ? Cave ad sensum divisum & compositum, aut ad indifferentiam judicii confugas : vana enim sunt illa Neotericorum effugia, declinandis Senipelagianorum terribilamentis male adinventa. Satius igitur nobis videtur, & Sancti Augustini principiis conformius, ejusmodi libertatem in flexibili ad libitum voluntatis indifferentia & inexpedita ad utrumlibet potentia consistentem, post peccatum Aaa proferre rejicere.